HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 61r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



sunt omnia. ipsū uero sedentem dm patrē intelligens.
Hic autē p sedentē debemus intelligere dnm nrm
ihm xpm. sicut sequentia uerba apte docebunt.
Superius legimus quod uiderit ambulantē simile
filio hominis. in medio septē candelabroꝝ aureorū.
hic autē dicit quod uiderit eum sedentē. Ambulat
itaq; dns in medio electorū suorū. quando dona
grē sue illis diffundit. Sedet uero. quando singu
lorū merita diiudicat. De quo subdit. Et qui sede
bat. similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardii.
idē uultus & facies eius. similis erat aspectui
lapidis iaspidis & sardii. Per lapidē iaspidem.
qui utiq; uiridē habet colorē debemus intellige
re claritatē diuinitatis filii di. in cui contempla
tione constat satietas & summa refectio omnium
sanctorū. Vnde ē illud. Per me siquis intro
ierit saluabit & pascua inueniet. Hec enī
erit remuneratio electoꝝ. scilicet di uultus.
in cuius uisione satiabunt omnib; bonis. Vnde ē.
Oues mee uocē meā audient. & ego uitā eternā
do eis. Sardis autē lapis terre rubre similitudinē
habet. atq; id circo p eū humanitas filii di desig
nat. que rubore sanguinis pfusa ē tempore pas
sionis. Vnde & angeli interrogantes aiunt.
Quare rubrū est indumentū tuū. & uestimenta
tua sicut calcantium in torculari. Qui utiq;
habet uirorem in diuinitatis claritate. habet
etiam ruborem in humanitate. p quā & adam
qui rubra terra interpretat ad celestia reuocauit.